MONVMENTA GERMANIAE

Cronica presulum et archiepiscoporum Coloniensis ~~ecclesie~~ um.

Unicus Vrsfata.

1. Circa principium descriptionis cronice presulum sancte Coloniensis Agrippine[a] ecclesie restat advertendum, quod ipsa sancta civitas Colonia Agrippina, prout reperitur ex scripturis, ad predicationem sanctissimi[b] viri sancti Materni recepit fidem domini nostri Jesu Christi, circa annum videlicet incarnationis Domini 90.[c] Nam sicut legitur in vita et legenda dicti sancti Materni, beatus Petrus apostolus summi pontificii cathedram in urbe Romana adeptus, misit plurimos discipulos ad diversas[d] orbis partes[e] ad predicationem propagandas[f]. Inter quos misit ad Gallias beatos tres viros, Eucharium scilicet, Valerium et Maternum, qui creduntur fuisse de numero ~~septuaginta duorum~~ 72 discipulorum domini. Qui beati viri venientes in Galliam, primitus acciepernut ad civitatem Tungrorum, quae tunc fuit populosior et maior inter alias illarum partium civitates. Sed dum in exortu predicationis prefatus beatus[g] Maternus obiisset,[h] alii duo[i] discipuli, de morte socii sue predicationis contristati, reversi sunt Romam ad sanctum Petrum, geste sibi rei ordinem exponentes. Qui confortans illos in fide, tradidit illis[k] baculum suum, quo ipse in proficiscendo (tempore) sue senectutis utebatur, ut baculum[l] ipsum imponerent super corpus defuncti socii, et ipsum reciperent redivivum. Quo taliter facto, miraculose resurrexit beatus Maternus, postquam ~~quadraginta~~ 40 diebus iacuerat mortuus in sepulchro.[m] Post resuscitationem igitur dicti sancti viri, idem beatus Maternus, accedens Coloniam, et ibidem predicatione[n] fidei christiane (insistens devote) verbo quoque et miraculis claresceus, populum Coloniensem convertit ad fidem christianam, primus ibidem sedens in pontificatu, prout in sequentibus apparebit. Post ipsius[o] autem decessum non invenitur (aliquid in) scriptuis alius sibi in cathedra successive usque ad tempora beati Severini, qui eidem successit post ~~253~~ 314 circiter annos. De quia quidem longa vacatione varie sunt apud varios coniecture, ut: quia vel civitas Coloniensis in paganismum relapsa nullos habuit pontifices, vel si qui forsan ibi prefuerant,[q] latebant occulte propter persecutionem fidei christiane, temporibus illis crudeliter sevientem. Remansit autem dictus baculus sancti Petri apud ecclesias Treverensem et Coloniensem,[r] eisque in presens inter reliquias sanctorum in veneratione habetur. Et propter hanc causam, sicut fertur, dominus papa hodie non utitur baculo pastorali.

Maternus.[s]

2. Anno igitur incarnationis dominicae 94. sub Domitiano Roma-

---

1. 2. Cod. Bruxell. 2310–2322 chart. oct. sec XV. in monasteriis S. Nicolai in Brunwyler fonsiis a multis, inter multa alia exhibet quoque Cronicam populum Coloniensium, magna cum diligentia exaratam, quique qui pro nunc tantum pennae lapsus habeas.

attend unus tolus
an = vita certus stultus
post antiquum

a) agripine 4.
b) beatissimi 4. c) decet 4.
d) diversos 4. e) circumiacentis urbis 4.
f) evangelii add. 4.
g) propagandos 2. 4 ~~propagandum 3~~
ita 1 (corr. pro propagandum) 3
h) atque 4.

domnus 1. +

k) obiisset
i) ~~add~~ socii

k) eis

l) deff 2. 3. 4. + 3/2 +

l) u. b. utor. 4.

m) sepulcro 4.

n) ~~in corr. to~~ predicationem 4.

o) istius 4.

p) ~~300 et 14 later 2. 3~~
ita 1. 3. ~~later~~ ~~ad~~ 253 later 2

Gesta pont. Colon.

q) prefuerunt 4.

r) C. et T. 4.

s) rubro color: beatus maternus primus Coloniensis archiepiscopus. 4.

Gesta pont. Colon.